meretricis habere potuit utputa. Haec enim sub distinctione dicitur binas vel trinas, ut duas quidem ad minus necessarias esse, tertiam non ab omnibus exigendam. Accipe siquidem triplicem aquam quam Salvator apponit. Plorat super Lazarum et super civitatem Jerusalem, et haec est aqua poenitentiae. Sudat in monte circa passionis horam, et haec est aqua sudoris, non ab oculis tantum sed a toto corpore manans. Haec autem rubea est sanguineique coloris, sicut scriptum est: Et factus est sudor ejus sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Jam vero tertia est aqua quam et perhibemus de latere ejus una cum sanguine emanasse. Et tu ergo primam quidem habes si virgis lacrimis conscientiae tuae statum et dolore compunctionis praeteritorum diluis maculas peccatorum. Secundam habes aquam si in sudore vultus tui vesceris pane tuo et labore poenitentiae corpus tuum castigas ac restringis concupiscentiae flammam. Est autem sanguinei coloris sive propter laborem seu etiam propter ipsum quem extinguit concupiscentiae ignem. Jam vero si proficere potes usque ad devotionis gratiam, potaberis aqua sapientiae salutaris, et spiritus Christi qui super mel dulcis est fiat in te fons aquae salientis in vitam aeternam. Et memineris hanc esse aquam quae procedit a latere dormientis et sine omni molestia fluit. Oportet enim jam mortuum esse mundo qui in hac voluerit gratia delectari. Ergo ut breviter repetam, prima quidem a peccatis delictis abluit, concupiscentias secunda ut futuri mucas extinguit concupiscentiae. Tertia si ad eam pervenire meruerit potat animam sitientem. ||

In vigilia beati Andreae apostoli. Sermo lix.

Sanctorum festa propria primum sanxit auctoritas veteris praeveniendia jejuniis utile plane et non ad dispendium nobis si fuerit qui advertat. Multa siquidem peccata cotidie contrahimus et in multis offendimus omnes, nec tamen omnino est celebrandis suscipere festivitatibus sacris maxime quia eas quae maxime sunt nisi prius abstinentiae purificatione praemissa, quo et digniores et paratiores inveniamur spiritualium gaudiorum. Sic enim justus in principio sermonis accusator est sui, nec nisi a propria reprehensione laudes incipit alienas. Et si etiam justus expedit sollicitus praevenire eum qui ipsius quoque patris est justitias judicare, quid agimus nos quorum nisi interim judicata fuerint et tecta peccata timendum valde est ne forte manifesta clamantia praecedant ad judicium. Si nec justus sine molestia et verecundia quadam ad sanctorum praesumit accedere laudes, ipso magis peccator in cujus ore non est laus speciosa. Timendi semper necesse est illam vocem: Quare tu enarras justitias meas? Sive illam: Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. Beati proinde qui stolam suam, decus autem gloriam conscientiae sollicite student omni tempore servare immaculatam semper splendidam exhibere. Sed quia pauci sunt qui sic omni custodia serviunt cor suum, pauciores tamen sicut pauciores qui in omni sermone serviunt, illud necesse est frequenti abstinentia maculas diluere solemnitates propriae cum propria quaelibet solemnitas advenerit celebranda. Nemo modo praeparando est ad proximam celebritatem observatio praemissa jejunii. Est et admonitio quaedam eruditio quia et non pura

didicimus ex hoc ipso quod non sit vera via festivitatis extra quid est enim
quod ieiunium sollempnia precurrit nisi quia per multas tribulationes oportet nos intro
ire in regnum dei Indignus quippe sollempni letitia est qui statutam vigilie absti
nentiam non observat plane quamdiu sic tenemur afflicti etiam tamen in vigilia indig
nus non censeris requie et exultatione festiva Est autem universitatis presen
tis presentis temporis vigilia quedam sollempnitatis magne et eterni sabba
tismi quem prestolamur nec tamen vigiliam longiorem si eternitatem festivi
tatis attendas licet enim preparationem habere soleant sollempnia diurna
diuturnam illa cum eterna sit non exigit nisi eternam Sed quoniam nos capit eo
rundem illius memoria felicitatis hec enim nunc et sepe et forte dignius
nominatur illa festivitas || Redeundum nobis ad id quod in manibus est hodie
etenim utrumque ieiunium et eius quam prestolamur sollempnitatis et letitie causa est
passio beati andree apostoli Dignum est enim et si non cum eo pendere non possumus ut
cum eo vel ieiunemus nam et ipsum cum biduo penderet in cruce etiam ieiunasse
quis dubitet Ieiunemus ergo vel in exiguo communicantes passioni eius et si
non simul affixi patibulo simul vel afflicti ieiunio ut miserante deo etiam
corone participes simus et in presenti quoque spiritualium saltem gaudiorum quo etiam
nunc exultemus in memoria triumphi eius que et in ipsa sui passione supplicium
tam vehementer novimus exultasse Aut non erit leta festivitas ubi
et crux ipsa plena est gaudio Sed quid est festivum sollempnius nominare quod
letum est et crux a cruciatu utique dicitur aut certe cruciatus a cruce quanta
proinde exultatione universe terre celebrandum tante novitatis mira
culum tam magnificum opus divine virtutis Andreas homo erat simi
lis nobis et tam vehementi andree spiritus ardore flagrabat homo tam au
ditu a seculo gaudio tripudiabat cum pateret sibi crucis patibulum conspex
isset O crux inquit diu desiderata et iam concupiscenti animo preparata secu
rus et gaudens venio ad te ita ut et tu exultans suscipias me videtis
quia non se capit pre magnitudine gaudii sic inquit et tu exultans Ergo nec
tantum est exultatio ut exultet et ipsa crux nec leti quicquam habeat sed to
tum letitie sit Aut quid minus habet consuetudine super virum ulterius nam
crucifixum exultare quis miretur Ille sensum letitie nature negaret
huic si quid preter gaudium esse existimat ingeritque dolorem amator
aeternus semper fui et desideravi amplecti te fixus ignis tam vehemens est non
lingua loquens et si lingua certe ignea est Carbones sunt ignis illius
quem de excelso christus misit in ossibus eius atque utinam desolatorii nobis
sint consumentes et exurentes quicquid in nobis est carnalis affectionis quales
enim scintille sunt iste a quanto interiori incendio mittuntur plane beate an
drea granum sinapis est fides tua que tam mirum ubi recepit coepit
ex se proferre fervorem quid si paulo amplius esset quis fervorem illum
animus quis verba sustinere posset auditus Dicens enim minus miraretur
egeas adhuc granum sinapis dum spiritualis videbatur Dominus inquit me misit

ad istam provinciam in qua non parvum et populum acquisivit Christo credentem geminatis postulavit longe iam altius sapiet testimoniisque loquatur. Crucem dum eum putat egeas crucis supplicium minitantis, videtur etiam attendite magis in verbo hoc et libere clamat: Ego si patibulum crucis expavescerem, crucis gloriam non praedicarem. Sit ubi paratum sibi lignum intuitus est, ex hoc iam plane totus ignescens, applaudebat et blandiebatur illi amator suae, officiosissime salutabat, devotissime suscipiebat, magnifice attollebat eam et in ipsius praeconio gloriabatur, clamans magis affectione quam voce: Salve crux speciosa, quae decorem et pulchritudinem de membris Domini accepisti. Salve crux quae in corpore Christi dedicata es et ex membris eius tamquam margaritis ornata. Recto proinde crucis amatorem veneramur, quicumque sunt servi crucis. Sed ab aliis amplectere vere devotionem exigit qui spiritualis propositi exstitit tollere crucem suam. Vobis haec et de vobis dico, fratres mei, qui non surda aure audistis illud evangelicum verbum: Qui non baiulat crucem suam et sequitur me, non potest meus esse discipulus. Parati estote totam animi diligentiam huic adhibere solemnitati et eam devote celebrare, cum quam magnus cunctis consolationis pariter et exhortationis thesaurus nobis repositus est in ea, si fuerit qui fodiat et scrutetur.

In die sancti Andree apostoli de mundis piscibus. Sermo lxi.

Celebrantes hodie gloriosum beati Andree triumphum in verbis gratiae quae procedebant de ore eius exsultavimus et delectati sumus. Neque enim locus poterat esse tristitiae, ubi tam vehementer laetabatur et ipse. Nemo ex nobis compassus est sic patienti, nemo ausus est plangere exultantem. Alioquin et nobis ipse non incongrue dicere poterat quod Salvator crucem baiulans sequentibus se et lugentibus ait: Filiae Jerusalem, nolite flere super me, sed super ipsas vos flete. Denique cum duceretur ipse beatus Andreas ad crucem, populus qui sanctum et iustum dolebat iniuste damnari, prohibere voluit ne puniretur, sed magis ipse instantissima prece prohibuit ut crucem desiderabat. Siquidem dissolvi et esse cum Christo, sed in cruce qua semper amaverat desiderabat regnum intrare, sed per patibulum quidem. Dicit ille amatori suae: Per te inquit me recipiat qui per te me redemit. Ergo si diligimus cum congaudeamus illi, et non solum quod coronatus sed et quod crucifixus, quod desiderium animae eius tribuit ei Deus et posuit in capite eius coronam de lapide pretioso. Verum dum congratulamur ei quod suum desiderium crucis frui meruerit amplexu, minus valde est si non ipsum eius imitamur gaudium cui congratulamur. Dum enim noctis huius vigilias celebramus in verbis tantae exultationis eiusdem delectaremur, putas non fuit in nobis qui secum cogitaret et diceret: Quid sibi vult haec et unde tam nova laetitia? Certe et crux pretiosa est et crux amara potest et crux habet exultationem. Ita est, fratres mei, si fuerit qui intelligat. Semper lignum crucis vitam germinat, fructificat iucunditatem, oleum laetitiae stillat, balsamum sudat spiritualium charismatum. Non est silvestris arbor, lignum vitae est apprehendentibus eam; arbor salutifera est. Alioquin quo Dominum meum occuparet